

<De praepositione>

F50rb I201va
K67vb M102vb
V83rb

| QVONIAM. Istud ad continuationis ordinem positum est.

XIV.1 (24.2)

EA ENIM uere INDECLINABILIA IVRE EXTREMA PONVNTVR.
Nam EA indeclinabilia SINE ILLIS declinabilibus SENTENTIAM
COMPLERE NON POSSVNT.

10

ITAQVE. Haec illatio extra fit hoc modo. Quia
indeclinabilia ponuntur extrema, itaque praepositio ponitur
extrema, quam PRAEPOSITIONEM CVM BENE MIHI VIDEANTVR
etc., ET APOLLONIVS MAXIME bene uidetur eam praeposuisse.
Ideo APOLLONIVS MAXIME quia ei potissimum creditur. Vide
quia in istis indeclinabilibus ita uult seruari ordinem sicut in
declinabilibus seruauit.

XIV.1 (24.5)

I201vb

Sequitur NOMINI ENIM. Redditio est causae quare a
praepositione | incipiat, ideo scilicet quia praepositio nomini
praeponitur in appositione. Cui praeponi magnum est

(24.8)

LP&T 3 continuationis] cfr *ND III* ad loc.: Non est opus extrinseca continuatione, cum auctor se ipsum continuet etc. **7** illatio] cfr *ND III* ad loc.: Potest legi sine illatione, scilicet ut non sit una dictio sed duae 'ita que' etc. **14** Redditio...causae] cfr *ND III* ad loc.: Redditio causae secundum Apollonium uel secundum ipsum Priscianum etc.

Prisc. 10 Apollonivs maxime] *tr. Prisc.*

Trad. a 3 post Qvoniam] *DE OMNIBVS add. F*

Var. lect. 3 continuationis ordinem] *I KV*] continuationem ordinis *M* continuationis ostensionem *F 7* haec *F I KM*] *om. V 9* praepositionem *F I KM*] ponere *V 10* maxime *F I KM*] *om. V* | bene] *tr. post eam F* | eam *F I M*] ea *KV* | praeposuisse] posuisse *F KMV 11* ante ideo] et *add. M* creditur *I KMV*] conceditur *F 12* seruari *F I MV*] seruare *K 14* sequitur *F I KV*] *om. M* | redditio est *I KM*] et est redditio *F* redditio *V 15* ideo *I KMV*] ob hoc *F*

- priuilegium, quia nomen PRINCIPALIS pars est OMNIVM PARTIVM ORATIONIS, cui praeponitur praepositio in appositione, nec solum illi sed etiam aliis partibus orationis QVAE CASVS habent AD SIMILITVDINEM NOMINIS. ALIIS VERO, ID EST CARENTIBVS
- (24.11) CASV, non adiungitur praepositio per appositionem, id est defendens sibi VIM et significationem DITIONIS, sed VNITVR
- (24.11) CVM EIS in compositione, quia una dictio cum illis efficitur. | Quod totum, scilicet praeponi declinabilibus per appositionem et indeclinabilibus per compositionem, non est inuenire in aliqua alia indeclinabilium partium orationis.
- XIV.1 (24.13) EST IGITVR. Quia a praepositione his de causis fuit incipiendum, igitur incipio a praepositione sic dicens, PRAEPOSITIO EST PARS ORATIONIS INDECLINABILIS, per quod differt a supradictis quattuor. QVAE praepositio PRAEPONITVR, id est quae ad hoc inuenta est ut praeponatur aliis partibus uel in appositione uel in compositione. Licet enim quaedam praepositiones | aliquando postpositae inueniantur, tamen natura earum exigit eas semper praeponi.

5

M103ra

10

15

F50va

Var. lect. 1 pars...2 orationis I] est \pars/ orationis omnium partium F pars ... orationum K pars omnium partium orationis M pars \est/ omnium orationum V 2 cui praeponitur I KMV] preponitur etiam F | nec...3 etiam I KMV] om. F nec ... et I 4 nominis F] nominum I KMV 7 cum¹ I KMV] om. F | illis I KMV] eis F 8 totum I KMV] om. F 9 et indeclinabilibus] id est defendens sibi uim ... scilicet praeponi declinabilibus *perperam iter.* I 10 alia indeclinabilium F] declinabilium I KV indeclinabilium M | orationis F] oratione I orationum KV or. M 12 a F KMV] de I 14 praeponitur... 15 praeponatur I KMV] debet preponi F 16 enim F I KM] om. V | quaedam I KMV] om. F 17 postpositae F KM] preposite I 18 exigit eas I KV] sic exigit F exigit eis M

Nota hic diffiniri praepositionem secundum uim uocis et causam inuentionis, non secundum respectum significationis.

EST AVTEM. Dixi quia praepositio praeponeitur. EST AVTEM QVANDO PER APPOSITIONEM PROLATAE PRAEPOSITIONES PRAEPOSTERE PONVNTVR. Nota quia in compositione non uult praepositiones praepostere poni. NAM SINE ad hoc uidetur respondere quod dixerat POETICA AVCTORITATE praepositiones plerumque postponi. RARISSIME dicit, quia Tullius 'de' hanc praepositionem | interdum postponit, 'quo de agitur' dicens pro 'de quo agitur', | nisi in 'cum' hac praepositione, quae solet quibusdam pronomibus, scilicet 'me', 'te', 'se', 'nobis', 'uobis', SIMILITER APVD OMNES tam oratores quam poetas POSTPONI.

5

V83va

I202ra

Fontes 9 quo... agitur] Cic. inu. 1, 19, 27 ; 1, 28, 41

LP&T 1 Nota...2 significationis] cfr *ND III* ad loc. : Definit praepositionem non secundum propriam significationem sed secundum officium quod habet in oratione etc. ; Petr. Helias p. 709.37-39 : Vide ergo quod hec descriptio data est secundum uim uocis, id est secundum rationem huius nominis 'prepositio', et secundum causam inuentionis, non secundum rationem significationis **8** Rarissime] cfr *GPma* ad XII.29 (595.2-3) : Licet dixerim 'cum' istam praepositionem monosyllabam per anastropham postponi, NULLA TAMEN alia MONOSYLLABA PRAEPOSITIO hoc habet. Hoc falli uidetur, cum Tullius in *Rhetorica* dicat 'quo de agitur'. Sed dicimus 'de' hoc non pati nisi cum illo solo infinito nomine, id est cum 'quo', sed 'cum' haec praepositio ASSIDUE, id est in multis, ANASTROPHEN PATITUR, ut diximus. Vel regulas grammaticae Tullium dicamus excedere ; Petr. Helias p. 709.46 : 'Rarissime' tamen dicit quia Tullius praepositionem 'de' aliquando postponit dicens 'Quo de agitur ?' et similia

Trad. a 1 Nota...2 significationis] *non hab. F* **6** ante Nam] quod autem sequitur *add. F*

Var. lect. 1 diffiniri *IM*] diffinire *KV* **6** uidetur...7 respondere *IKV*] *tr. F* **9** interdum *IKMV*] aliquando *F* **10** in *IKMV*] uero *F* | hac *FIMV*] *om.* **K 12** post uobis] postponi *add. F KMV* **13** postponi *F KMV*] preponi *I*

QVANDO AVTEM. Dixi POETICA AVCTORITATE
 praepositiones poni praepostere, sed quando mutant ordinem, id
 est praepostere ponuntur, mutant etiam accentum, NISI
 DIFFERENTIA PROHIBEAT. Sciendum quia praepositiones quando
 per se proferuntur, ut in declinatione fieri solet, finales acuunt
 syllabas, praepositae uero aliis dictionibus in oratione grauantur
 omnibus syllabis. Quod si supponantur, mutant accentum. Non
 enim grauantur omnibus syllabis, sed si fuerint monosyllabae
 acuunt, si uero dissyllabae acuunt penultimam, NISI
 DIFFERENTIA PROHIBEAT, ut Virgilius ‘maria omnia circum’,
 ‘circum’ haec praepositio hic non acuit penultimam, licet
 postponatur, sed finalem, ne accusatiuus nominis uel aduerbium
 esse intelligatur. Hoc tamen non est uniuersaliter accipiendum.
 ‘Sine’ enim haec praepositio postposita acuit penultimam,
 quamuis differentia uerbi prohiberet.

5

10

15

Fontes 10 maria... circum] Verg. Aen. 1, 32 14 Sine... 15 prohiberet] Prisc.
 gramm. XIV.49 (52.20-21)

LP&T 7 Non... 9 acuunt¹] cfr Petr. Helias p. 709.54-55 : Non enim grauantur
 omnibus sillabis sed si fuerint monosillabe acuuntur 9 dissyllabae... 10
 circum] cfr Petr. Helias p. 709.59-60 : Si uero prepositiones postponantur et
 fuerint dissillabe, acuunt penultimam nisi differentia prohibet ut apud
 Virgilium ‘maria omnia circum’

Prisc. 1 Qvando avtem] est autem quando *Prisc.*

Trad. α 1 post avtem] ORDINEM MVTANT *add. F* 13 ante intelligatur]
 putetur id est *add. F*

Var. lect. 1 quando *F KMV*] quoniam *I* 2 sed quando *I KMV*] quando autem
F 4 quia *F I KV*] quod *M* 5 fieri solet *F I KV*] *tr. M* | acuunt *F KMV*] acuit
I 8 sed *F I MV*] et *K* 9 acuunt penultimam *F KMV*] acuuntur penultima *I*
 11 haec *I KV*] ista *F M* 12 ne *F KMV*] nec *I* 13 tamen *F I KV*] tantum *M*
 14 haec *I V*] *om. F* ista *KM* | postposita *F KV*] *om. I* preposita *M*
 15 prohiberet *I KM*] prohibeat *F V*

QVOD, scilicet mutare accentum, SOLENT FACERE CONIUNCTIONES, SI POSTPONANTVR illae quae naturaliter sunt PRAEPOSITIVAE, ut ‘quoniam’, VEL COMMVNES, ut ‘igitur’, ‘saltem’. Subiunctivae postpositae non mutant accentum, quia ipsae numquam praeponuntur, et ideo de illis reticuit. Praepositae uere coniunctiones praepositivae uel communes postpositae mutant accentum. Nam PRAEPOSITAE GRAVANTVR OMNIBVS SYLLABIS, POSTPOSITAE uero ACVVNTVR IN PRINCIPIO lege praepositionum.

K68ra SED HOC INTEREST. In hoc praemisso, quasi dicat, | conueniunt praepositiones et coniunctiones, quia praepositae mutant accentum, sed hoc interest quia CONIUNCTIONES PRAEPOSITAE NVMQVAM COMPONI POSSVNT CVM DECLINABILIBVS dictionibus NISI cum INFINITIS nominibus, scilicet ‘quis’, ‘quae’, ‘quod’, ‘siqua’, ‘nequa’. Et uide quia magis uoluit dicere ‘siqua’ ‘nequa’, in quibus dictio ex compositione corripitur, quam ‘siquis’ ‘nequis’, ne aliquis negaret in illis fieri compositionem, alterum membrum pro constanti reliquit, scilicet quod praepositiones cum multis declinabilibus componi possunt. Hanc differentiam ideo ponit

Trad. a 7 Nam...9 praepositionum] *inter columnas F* 15 scilicet...quod] *non hab. F*

Var. lect. 2 illae *F KMV*] *om. I* 3 *post* uel] *etiam add. M* 4 postpositae *F I KV*] *prepositae M* | quia...7 accentum *F I KV*] *om. per hom. M* 5 de... reticuit *F KV*] *reticuit de illis I* 6 praepositae *F KV*] *postpositae I* 8 omnibus *KMV*] *in omnibus I* 10 in...12 interest *I KM*] *om. per hom. F V* 11 praepositae *KM*] *praepositivae I* 12 quia *I KMV*] *quod F* 13 praepositae *F M*] *om. I KV* 14 declinabilibus dictionibus *F KMV*] *declinabili dictione I post cum] his add. F* 15 uide *F KMV*] *inde I* 17 corripitur *F I*] *corripitur KMV* | *post quam] dictionem add. F* 19 reliquit *I K*] *relinquit F MV*

inter praepositiones et coniunctiones, quia Stoici propter quasdam affinitates quas habent unam partem orationis ea esse dixerunt.

XIV.2 (25.2)

PRAEPOSITIONES VERO. Alia differentia, QVAMVIS ipsae praepositiones IN TRANSITIONE PERSONARVM PONANTVR, ID EST PER APPOSITIONEM PROLATAE iungantur obliquis casibus transitionem significantibus, tamen non iungunt duas substantias cum uno accidenti, uel duo accidentia cum una substantia sicut coniunctio facit. Opponitur quia ‘cum’ ista praepositio duas substantias cum uno accidenti uidetur copulare, ut cum dico ‘Socrates cum Platone disputat’. Sed si quis uim orationis insistat, falsum | esse inueniet. Cum enim dico ‘Socrates disputat cum Platone’, hoc tantum dico quia

5

10

M103rb

LP&T 9 Opponitur... 11 disputat] cfr *ND* III ad II.21 (56.16-17) ; ad XIV.2 (25.1) ; ad XIV.47 (50.22-23) ; Petr. Helias p. 711.90 : Sed opponitur quod ista prepositio ‘cum’ duas substantias cum uno accidente copulat ut cum dicitur, ‘Socrates cum Platone disputat’. Sed si quis altius insistat, uidebit quando dicitur ‘Socrates cum Platone disputat’, actum disputandi non Platoni ex ui orationis attribui sed tantum Socrati licet fortasse propter negotii huius naturam actum disputandi in utroque intelleximus esse. Quamuis tamen in predicta oratione ‘cum’ prepositio duas substantias concedatur cum accidenti uno copulare, quoniam tamen non est eius officium ex inuentione, non propterea dicemus falsificari datam regulam de prepositione

Trad. a 4 Praepositiones...differentia] sequitur alia differentia prepositiones uero *F* | ipsae...5 praepositiones] *non hab. F 6* per...prolatae] *tr. infra post significantibus F*

Var. lect. 1 et coniunctiones *F K*] etc. *I MV 2* ante unam] bene *add. I* partem orationis *I K MV*] *tr. F* | ea *I K MV*] *om. F 3* dixerunt *I K MV*] dixerant *F 7* iungunt *F I V^{a.c.}*] coniungunt *K MV^{p.c.}* **8** uel... 10 accidenti *F M*] *om. per hom. K* | una... 10 cum *F M*] *om. per hom. I 9* sicut *F M*] scilicet sicut *V 10* duas substantias *F M^{p.c.} V*] substantias duas *M^{a.c.}* uidetur... 11 copulare *I K MV*] copulat *F 12* orationis *F K*] o. *I V* omni *M 13* disputat... platone *I K V*] c. p. d. *F M* | quia *F K MV*] quod *I*

Socrates disputat ens cum Platone, siue Plato disputet siue non per orationem non distinguitur.

Quidam tamen concedunt ‘cum’ coniunctionis uim in praedicta oratione habere quantum ad officium orationis illius. Disputationem enim ostendit ‘cum’ conuenire Socrati et
5
Platoni. Nam nisi uterque disputatione participet, non ita directe uidetur dictum. Sed licet coniungat, cum hoc non sit eius officium ex inuentione, dicimus propter hoc non falsificari praemissam de praepositione regulam.

ET VT HOC IPSVM, scilicet quod praepositio duas non
10
copulat substantias cum uno accidente uel duo accidentia cum una substantia, PLANIVS ABSOLVAM, dico quia PRAEPOSITIO NON COPVLAT DVAS CASVALES DICTIONES VEL DVO ADVERBIA CVM VNO VERBO, sicut facit coniunctio, VEL DVO VERBA CVM VNO CASVALI VEL VNO ADVERBIO. Per ‘duas casuales’ duas
15
substantias uel duo accidentia intelligit, per ‘duo aduerbia uel duo uerba’ accidentia tantum accipit.

Vel aliter. Quod autem sequitur ET PRAEPOSITIONES | alia
I202va
20
differentia est, quod non potest coniunctio | nisi in appositione praeponi. NEC SVPPONI, excepta ‘que’ ista coniunctione, quae in compositione supponitur, ut ‘ubique’.

Trad. a 3 Quidam...9 regulam] *non hab. F*

Var. lect. 1 disputat *IKMV] om. F* 2 non *IKMV] om. F* | distinguitur *FI K]* distinguntur *MV* 4 orationis illius *IK] tr. MV* 5 cum *KM] om. IV* 6 disputatione *IM]* disputationem *KV* | directe *IKV]* recte *M* 8 propter *IK V]* per *M* 9 praemissam *IMV]* premissa *K* 10 non...11 substantias *IK V]* s. n. c. *FM* 11 cum²...14 uerbo] *in marg. F²* 13 casuales *FIM^{p.c.}]* causales *KM^{a.c.}V* 15 casuali *IKMV]* causali *F* | uno aduerbio *FM]* cum u. a. *I* unum aduerbium *KV* | casuales *IMV]* causales *FK* 17 tantum *FIKV]* tamen *M* 18 uel aliter *KV] om. FIM* | quod...21 ubique *IKV] om. FM* 19 coniunctio *KV]* coniunctione *I* 20 que *K]* quod *IV*

XIV.3 (25.9) ET PRAEPOSITIONES QUIDEM. Alia est differentia. NEC SVPPONI QUIDEM potest nisi in appositione, excepta ‘que’ quae in compositione supponitur, ut ‘ubique’.

(25.13) Sequitur IN QVO, id est in qua suppositione, TAMEN | etc. Et est correctio terminans supradicta hoc modo, licet dixerim ‘que’ coniunctionem supponi in compositione, ut in ‘ubique’, tamen in illa suppositione magis possumus accipere esse factam additionem ‘que’ huius syllabae nihil operantis in sensu, uel si maus dicere deriuationem factam per additamentum ‘que’ syllabae. Quomodo solet fieri | deriuatio per additionem ‘ce’ syllabae, magis possumus illud accipere quam ‘que’ esse coniunctionem in illa suppositione, CVM NEC SVAM SIGNIFICATIONEM, id est sibi propriam, scilicet significationem

(25.15) CONIUNCTIONIS, SERVAT. | Ibi enim nihil coniungit, quod deberet facere si compositio esset, sicut facit in ‘atque’, nec in omnibus supradictis seruat uim encliticam, sicut in ‘VNDIQVE’, ‘VTIQVE’, quam seruaret si ibi coniunctio remaneret.

5

V83vb

15

Trad. a 14 quod... 15 atque] *non hab. F*

Var. lect. 1 et... 3 ubique *F I KM] om. (per hom. ?) V* **2** post potest]
 coniunctio *add. K* | quae *F KM] om. I* **3** supponitur *F KM] supponuntur I*
5 correctio terminans *F I KV] correptio respiciens M* | dixerim *F M] dicimus I*
 dicamus *KV* **6** que *KMV] tr. post* coniunctionem *F om. I* | in² *I KMV] om. F*
7 post suppositione] quando dicimus ubique *add. F* | possumus accipere]
tr. infra post in sensu *F* **8** additionem...⁹ factam *F KMV] om. per hom. I*
9 que *F KMV] quod I* **11** magis... quam *I KM] quam* possumus accipere *F*
 magis possumus accipere *V* **12** suam...¹³ significationem¹ *I KV] tr. F M*
13 id... significationem² *I KMV] om. per hom. F* **14** coniunctionis seruat *I*
KMV] tr. F | ibi... nihil *I KMV] quia scilicet nihil ibi F* | coniungit *F I KV]*
 contingit *M* **15** deberet *I KM] debet V* | compositio *I KM] coniunctio V*
16 supradictis *F I V] om. KM* **17** utique *F M] itaque I KV* uel itaque *M^{s.l.}*
 quam *I KMV] quod F*

DERIVATIVA AVTEM. Hic confirmat quod dixerat fieri
derivationem per additionem ‘que’ syllabae. XIV.3 (25.16)

SIC IGITUR. Infert ab auctoritate, quia Graeci dicunt
εξωθεν deriuatum esse ab εξω per additionem θεν finalis
5 syllabae, sic igitur sunt deriuatiua per additionem ‘que’
syllabae, ‘uterque’ etc. XIV.3 (25.18)

NIHIL MIRVM TAMEN. Diceret aliquis, non ualet
similitudo, quia δε apud Graecos nihil significat, et ideo εξωθεν
non potest esse compositum sed deriuatum, sed ‘que’ apud nos
10 significatiua dictio est, et sic ‘uterque’ recte compositum est ex
duobus integris. Ad hoc iste, NIHIL MIRVM TAMEN, quasi dicat,
licet θεν apud Graecos nihil significet, tamen non est mirum
‘que’ addi, id est poni in additione, ‘que’ dico non
coniunctionem in illa additione, sed syllabam similem
15 coniunctioni. Alibi enim bene ‘que’ potest esse coniunctio, nihil
dico mirum, cum apud Graecos quoque, ‘δε’ ista coniunctio,
sicut ‘que’ apud nos, in fine ponitur per additionem et iam non
accipitur ut coniunctio, sed ut syllaba, ut in istis οδε, τουδε etc.

SED REDEAMVS. Quasi dicat, adhuc multis possem modis
20 ostendere, quia cum dico ‘undique’ et ‘plerumque’, ‘que’ non
est per compositionem, sed per adiunctionem, SED REDEAMVS
etc. XIV.4 (25.23)

Trad. α 1 confirmat] inducit ad confirmandum *F*

Var. lect. 2 per additionem *IKMV*] *om. F* **3** infert...auctoritate *IKV*] ab
auctoritate infert *FM* **4** finalis...8 δε] *in marg. inf. F* **8** quia *FKMV*]
quod *I* **10** recte *IKMV*] *om. F* | est² *FKMV*] *om. I* **11** nihil *FIMV*] nec *K*
tamen *FIKM*] tantum *V* **14** additione *FKMV*] a. que *I* **16** dico mirum *I*
KV] *tr. FM* | δε *FMV*] an *IK* **17** iam *IKM*] tunc *FV* **18** οδε τουδε *V*] οδε
τουαν τουαν *F* oan *KM* **19** possem modis *IK*] *tr. FMV* **20** et *IKMV*] *om. F*
que *FKM*] quod *I* quia *V* **21** adiunctionem *IKMV*] additionem *F*

- XIV.4 (25.26) SVNT AVTEM. Sicut dedi differentiam inter praepositiones et coniunctiones, ita hic incipiam dare differentiam inter praepositiones et aduerbia, quae tantam ad se inuicem | habent affinitatem ut aduerbia quaedam a nonnullis inter praepositiones reponantur, sed per hoc patet esse diuersa, quia praepositiones non ascendunt ultra ternarium numerum syllabarum, aduerbia uero constat habere quattuor syllabas aliquando uel quinque. K68rb
5
- XIV.4 (25.27) ADVERBIA QUIDEM. Alia differentia. | M103va
- XIV.4 (26.1) CVM SINT DERIVATIVA. Assignatio loci.
- XIV.3 (26.2) POSSVNT ENIM. Hic probat quia ‘extra’ et ‘infra’ et similia aduerbia sunt et non praepositiones. Nam possunt adici uerbis, quod est aduerbiorum etiam sine casualibus dictionibus, ut ‘ego curro in campo, tu extra’, subintelligitur ‘curris’. In hac oratione ‘extra’ sine casuali dictione adicitur uerbo. 10
- XIV.4 (26.4) SCIENDVM TAMEN. Sic iunge. Licet dixerim ‘extra’ et ‘infra’ et his similia secundum auctoritatem et sententiam Graecorum esse aduerbia, tamen sciendum QVOD OMNIA ADVERBIA QVAE SOLENT CASIBVS ADIVNGI, ita ut ipsos casus regant, ROMANI ARTIVM SCRIPTORES INTER PRAEPOSITIONES POSVERVNT, quando casibus iunguntur illa aduerbia, et hoc ideo quia tunc SVNT PRAEPOSITIVA CASVALIVM et GRAVANTVR OMNIBVS SYLLABIS, quod est suum praepositionis, VEL ideo QVIA INTERPRETATIO EORVM, id est uoces quibus per 15
20

Var. lect. 1 dedi differentiam *I KV*] dedit differentiam *F* differentiam dedit *M*
2 incipiam *I KV*] incipit *F M* **4** aduerbia quaedam *I KV*] *tr. F M* | a
nonnullis *F M*] ante nullas *I* in illis *K* a non *lac. V* **7** habere *I K MV*] *om. F*
syllabas *I K MV*] *om. F* | uel *F M*] *om. I KV* **10** quia *F K MV*] quod *I*
extra...infra *I K M*] extra et intra *F* intra et infra *V* **14** adicitur uerbo *F I M*] *ab*
abutitur *K V* **16** infra *I K MV*] intra *F* **20** iunguntur *I KV*] adiunguntur *F M*
illa aduerbia *F K MV*] *tr. I* **21** sunt *F I M V*] *om. K*

I203ra
 5
 interpretationem consignant et aequipollent, APVD GRAECOS MODO, id est quaedam ex | illis, OPTINENT uim PRAEPOSITIONIS, MODO, id est quaedam, VIM ADVERBIORVM, VT si dicam ‘ANTE ORA PATRVN’, ID EST ‘coram patribus’. Hic autem SIGNIFICAT το προ, id est hanc praepositionem Graecam ‘προ’. Et secundum hoc quod huic aequipollet Graecae praepositioni προ, Latini posuerunt ‘ante’ inter praepositiones.

10
 F50vb
 AT VERO. Si dicam ‘ANTE LEVES ERGO ETC.’, hic, id est in hac oratione, ‘ante’ significat το, id est hoc aduerbium προτερον, et in hac oratione ab omnibus iudicatur esse aduerbium significans idem quod | ‘antea’, scilicet prius in tempore. XIV.4 (26.10)

Kατα est praepositio Graeca significans idem quod ‘secundum’.

15
 Εξεναντιας graecum est aduerbium contrarietatem significans, ad quam significandam proprie impositum fuit ‘contra’ apud Latinos.

Επι Graeca praepositio est et significat idem quod ‘apud’ apud nos.

20
 Εναντιας uero Graecum aduerbium est et significat aduersionem et oppositionem.

Fontes 8 ante...etc] Verg. ecl. 1, 62

Var. lect. 1 aequipollent F KMV] equipollenter I 2 illis I KMV] illo F optinent optinent F MV] obtinent I optinet K 3 modo F IKV] hoc m. M post quaedam] optinent add. M | aduerbiorum I KMV] aduerbii F 5 προ² F KM] lac. I om. V 6 huic aequipollet I KMV] tr. F | graecae] et grece I | προ F K] om. IM το προ V 8 uero F IKV] om. M | ante F IKM^{p.c.}] om. M^{a.c.} 13 est praepositio IKV] tr. FM | post graeca] scilicet add. K 17 contra F KMV] communiter I 18 idem F KMV] om. I 19 apud nos I] nos KV] om. F M 20 est I KMV] om. F | significat... 21 oppositionem I KMV] (appo- KV] a. e. o. s. F

‘Exaduersum’ aduerbium est compositum.

Μετα Graeca praepositio est ualens idem quod ‘propter’. |
 Lucanus in VIII ‘secundum / emathiam’, hic ‘secundum’ pro
 ‘propter’ accipitur. Nota quia cum dicit ‘secundum’ quando pro
 μετα uel κατα accipitur, relinquit intelligere quoniam
 ‘secundum’ aliam significationem habet in qua Graeco aduerbio
 consignificat.

V84ra

5

XIV.6 (27.5)

ACCENTVM HABENT PRAEPOSITIONES. Datis differentiis
 inter praepositiones et coniunctiones et aduerbia, ingreditur
 ostendere communes regulas de praepositionibus. Ad
 declarationem earum attende quia, cum dicit praepositiones
 acutum accentum habere in fine, de per se prolatis agit, QVI
 acutus accentus IN GRAVEM CONVERTITVR, quando
 praepositiones illae cum aliis dictionibus leguntur et iunguntur,
 NISI ita iungantur ut PRAEPOSTERE PROFERANTVR, QVOD, id est
 acutum accentum, AEOLES QVOQVE, sicut et Latini, SOLENT
 SERVARE in praepositione, QVAMVIS FVGIANT acutum IN FINE in
 aliis partibus orationis.

10

15

XIV.6 (27.8)

CVM VERO. Quia dixerat NISI PRAEPOSTERE
 PROFERANTVR, uult determinare quem accentum praepo|sitiones
 prolatae praepostere habeant.

I203rb

Fontes 3 secundum / emathiam] Lucan. 8, 332 *apud Prisc.* 27.2-3

Var. lect. 2 est *I K MV*] *om. F* | ualens idem *F K MV*] *tr. I* 3 *uiii I*] *III F KM*
VI V 4 *nota...5 accipitur I KV*] *om. per hom. M* etiam secundum quoniam
 pro meta accipitur *suppleuit in marg. M* 5 *μετα...κατα I K MV*] *k. u. m. F*
 11 *earum F I KV*] *eorum M* 12 *qui I K MV*] *quia F* 15 *quod F I MV*] *quem*
K 17 *acutum scripsi*] *accentum F I KM* *accentum acutum V* 19 *uero F I*
MV] *ergo K* | *nisi F K MV*] *ut I* 21 *prolatae praepostere I K MV*] *tr. F*

TANTAM AVTEM. Dixit quod praepositiones mutato ordine, id est praepostere prolatae, mutant accentum grauem in acutum. Modo uult ostendere non esse mirum si illud facit ordinis commutatio, quia etiam TANTAM commutationem accentuum praepositionis FACIT ORDINIS mutatio, QVOD QVIBVSDAM PRONOMINIBVS postposita habet encliticum accentum, quem minime haberet si praeponeretur, ut cum quando istis pronomibus supponitur, ‘me’, ‘te’, ‘se’ etc.

NEC MIRVM. Quia dixerat praepositiones per se prolatas acui in fine, uult ostendere non esse mirum si Romani ponunt illos acutos accentus in fine praepositionum, et etiam non esse mirum si AEOLES faciunt IDEM, id est acuunt praepositiones in fine, CONTRA CONSVETVDINEM SVAM, quia scilicet fugiunt acutum accentum in fine, CVM PRAEPOSITIO ANNITITVR SEMPER, id est exspectat et desiderat adhaerere et coniungi sequenti dictioni, quapropter acuitur in fine et suspenditur, donec habeat quod exspectat, scilicet dictionem cui exigit adiungi, quam postquam habuit, quasi una pars effertur cum ea. Significatio enim praepositionis quae incerta erat, dum per se proferretur, ex sequenti dictione cui apponitur certa fieri dinoscitur.

Trad. α 18 Significatio ... 20 dinoscitur] *non hab. F*

Var. lect. 1 tantam *MV*] tantum *I* tanta *K* | quod *IMV*] quia *FK*
5 accentuum *IKM*] accidentium *F* accentum *V* | facit... mutatio *IM*] f. o.
 commutatio *FV* o. f. commutatio *K* **6** quibusdam *IKMV*] quibus *F*
 postposita *FIKV*] prepositio supposita *M* **10** ponunt *FIKV*] ponant *M*
11 etiam *IKMV*] *om. F* | etiam... 20 dictione] *tr. infra V* **14** annititur
 semper *M*] s. adnittitur *F* s. annectitur *I tr. KV* **16** habeat *FIKV*] *om. M*
17 dictionem *FKMV*] uel additionem *I* **18** habuit *IKM*] habuerit *FV*
 effertur... ea *IKMV*] cum ea effertur *F*

- XIV.6 (27.20) VNDE. Probatio est ab effectu, quia praepositio sequenti dictioni annitur, quod licet inde sumas quod acutum accentum, | quem habet dum sequentem dictionem exspectat, ei coniuncta IN GRAVEM CONVERTIT. Habet enim quod desiderabat nec amplius debet suspendi. M103vb 5
- XIV.6 (27.20) IDQVE, scilicet quod praepositio separata in fine debet acui, postposita grauari, DONATVS CONFIRMAT se sentire. (27.23) 'Loquelas' | dicit quando inter praepositionem et casum quem regere debet ponitur alia loquela, id est alia dictio, ut cum dico 'uado ad regis palatium'. CENSORINVS VERO | PLANISSIME DOCET | DE HIS praepositionibus quos, scilicet accentus, debeant habere IN LIBRO QVEM DE ACCENTIBVS SCRIBIT. K68va I203va
- XIV.7 (27.26) ET COMPOSITAE QVIDEM. Alia communis regula. Attende quoniam secundum huius tam rigidae regulae diffinitionem, nec

LP&T 8 Loquelas] cfr *ND* III ad loc.: Coniungi loquelis possunt dici respectibus duobus, uel quando aliqua dictio inter praepositionem et suum casum interponitur, ut 'de regum domo', uel quando per ellipsin ponitur, ut 'de post fetantes' ubi, uel subaudiendus est casus, uel tota illa loquela, id est 'post fetantes', pro casu accipienda est etc.

Prisc. 10 planissime *cum Hertzii HGLK*] plenissime *Hertzii*

Trad. a 1 *post Vnde*] *ET ACVTVM* et est *add. F*

Var. lect. 2 annitur *K*] adniture *F* annectitur *I* amittitur *M* | inde sumas *F I KM*] non suscipias *V* | quod² *I K*] quia *F MV 4* conuertit *F KM*] conuertitur *I V 6* idque *F K MV*] id quod *I* | debet *I KV*] debeat *F M 7* postposita *I KM*] preposita *F V* | se *F K MV*] sese *I 9* alia¹ *I K MV*] aliqua *F* | alia² *I K MV*] *om. F 11* scilicet *I K MV*] *om. F 12* de... scribit *F K MV*] describit *I 14* quoniam *I K MV*] quod *F* | tam rigidae *F IMV*] *lac. de K*

‘inuicem’ nec ‘hactenus’ ualent esse composita, cum non a nominatiuo composito flectantur. Quare necesse est ut si quis ea correpta penultima proferat, uel se contra regulam grammaticae fecisse, uel illa simplicia aduerbia esse confiteatur, nisi dicat
 5 ‘hactenus’ componi ex ‘hac’ aduerbio et ‘tenus’ praepositione, quod liber tamen mauult aduerbium esse.

SECUNDVM FIGVRAM VERBORVM dicit quia non
 componitur participium, nisi praecedat eius uerbum
 compositum. XIV.7 (28.1)

10 ET SIBI PRAEPONITVR, id est praepositio praeponi in
 compositione, sed nonnisi cum alia parte componatur. XIV.7 (28.6)

NEC NON ETIAM CONIUNCTIONI INVENITVR PRAEPOSITA,
 SED tunc ipsa coniunctio NON SERVAT VIM SVAM. Correctio. XIV.8 (28.7)

LP&T 1 inuicem...hactenus] cfr *ND III* ad loc. : Ex hac regula constringunt ‘inuicem’ duas esse dictiones et ‘hactenus’. Vnde et M. Anselmus utitur ‘inuicem’ pro duabus, et M. Menegaldus utebatur ‘hactenus’ pro duabus. Qui autem pro una uolunt uti ‘inuicem’ dicunt uel simplex esse aduerbium, uel irregularem aggregationem, non compositionem. Vel dicunt nihil obesse, cum non habeat nominatiuum. De habentibus enim nominatiuum dicunt regulam esse datam. De ‘hactenus’ uero dicunt quod non ex praepositione, sed aduerbio hoc sit compositum etc. **7** quia...**9** compositum] cfr *ND III* ad loc. : Hoc dicit propter participia illa quae non possunt secundum litteraturam sumi a uerbis | compositis quin iunctura moueantur etc.

Var. lect. 3 proferat *F*] efferat *IMV* proferant *K* **4** fecisse *F IK*] facere *MV* illa *F IKV*] alia *M* | confiteatur *F IMV*] confiteantur *K* | dicat *F IMV*] dicant *K* **5** componi *IKMV*] compositum est *F* | *post* praepositione] uel aduerbio *add. M* **6** quod *IKMV*] quam *F* | mauult *IKMV*] uult *F* **8** uerbum...**9** compositum *F IMV*] *tr. K* **12** coniunctioni *F KMV*] coniunctio *I* **13** tunc *I KV*] *om. F* cum *M* | ipsa *IKMV*] illa *F* | non...correctio *F IKM*] seruat etc. *V*

- XIV.7 (28.9) ERGO A PRAEPOSITIONE, quia ‘que’ est ibi additio, ergo ‘absque’ deriuatum est a praepositione ‘abs’. Et fit a parte haec illatio. Nam deriuatio alia regularis, alia per additionem ut ista.
- XIV.8 (28.11) IGITVR NOMINI QUIDEM. A praemissis exemplis infert, quia cum dicimus ‘in hostem’ | et ‘pro patria’ et ‘indoctus, indocti’, IGITVR NOMINI QUIDEM etc. V84rb
- XIV.8 (28.14) PARTICIPIO PER DERIVATIONEM VEL CONSEQUENTIAM COMPOSITORVM VERBORVM. Deriuationem dicit quando participium compositum a uerbo composito regulariter deriuatur. Consequentiam uocat similitudinem, scilicet quando participia per se componuntur, sicut et uerba per se, ut ‘exigo, exactus’. 10
- XIV.8 (28.17) LOCO ETIAM CONIUNCTIONIS. Hoc ideo inducit, quia si praepositio neque componi neque apponi potest coniunctioni, saltem hoc habet inde remedium, quia solet poni loco coniunctionis Graecae, scilicet $\Delta\alpha$, ut ‘PER DESIDIAM’, ID EST 15

LP&T 10 Consequentiam] cfr *ND III* ad loc. : ad consequentiam uerborum, id est ad similitudinem uerborum prius compositorum. Nunquam habent componi nisi prius eorum uerba componantur etc. **13** Hoc... 17,2 inueniuntur] cfr Petr. Helias p. 719.18 : Addit etiam quod praepositio solet accipi pro coniunctione graeca causali $\delta\alpha$, ut ‘per desidiā’, id est, causa desidiē, ubi Greci dicerent ‘ $\delta\alpha$ desidiē’, cuius modi tamen coniunctiones apud nos non inueniuntur

Var. lect. 1 a praepositione *FIM*] appositione *K* | a...ergo² *FIKM*] *om. per hom. V* | que *FKM*] quod *I* **2** deriuatum est *FIV*] *tr. K* deriuatum *M* **4** igitur *FIKV*] ergo *M* | *post* infert] sic *add. M* **5** cum *IKV^{p.c.}*] *om. F MV^{a.c.}* **6** igitur *FMV*] ergo *IK*] nomini *FKMV*] nominum *I* **8** uerborum *FKMV*] ut *I* **13** inducit *IKMV*] dicit *F* | si *KV*] cum per *F om. IM* **14** neque¹ *KMV*] *om. I* **15** saltem hoc *IKMV*] *tr. F* | habet *FIKM*] habebit *V* **16** $\Delta\alpha$ *FV*] *lac. I* alia *K aia M* | ut... 17,1 $\Delta\alpha$] *om. per hom. F*

I203vb

‘CAVSA DESIDIAE’, ubi Graeci dicunt ‘Δία desidiae’. |
Huiusmodi autem coniunctiones apud nos non inveniuntur.

SIMILITER ‘PROPTER’ et ‘ob’ loco causalis coniunctionis
accipiuntur. XIV.8 (28.18)

5

SVNT AVTEM. Alia communis regula. Quare apud nos sint
plures, causam supponit. Nam apud illos singulae
praepositiones multas et diuersas habent significationes, et nos
ad unamquamque illarum significandam unam praepositionem
habemus, et ita singulae Graecorum praepositiones COMPLENT
DEMONSTRATIONEM, id est significationem MVLTVARVM
praepositionum, APVD NOS, VT ‘περι’ ponitur PRO ‘CIRCVM’ ET
‘SVPER’, non quando ‘super’ significat locum, sed QVANDO EST
MEMORIAE, id est memoriam significat de aliquo, ut ‘multa
super Priamo’.

10

Fontes 13 multa... 14 Priamo] Verg. Aen. 1, 750

LP&T 5 Quare... 9 habemus] cfr Petr. Helias p. 719.21 : Illud quoque addit
quod multo plures prepositiones sunt apud nos quam apud Grecos, cuius rei
causam hanc supponit quod cum apud illos singule multas habeant
significationes, nos ad unumquamque illarum significandam unam habemus
prepositionem

Trad. a 5 post avtem] APVD NOS MVLTO PLVRES QVAM APVD GRECOS *add. F*

Var. lect. 1 ubi *KMV*] ut *I* 2 coniunctiones *F IKM*] cum *V* | non *F IMV*] *om. K* 3 causalis *IMV*] casualis *F K* | coniunctionis... 4 accipiuntur *F IKM*] coniunctioni accipitur *V* 6 supponit *IKMV*] apponit *F* 8 illarum *IKMV*] illam *F* | significandam *IKMV*] significationem *F* 9 graecorum praepositiones] *tr. V* | complent... 10 demonstrationem *F IMV*] completur demonstratione *K* 10 significationem *F IMV*] significatione *K* 12 super²... locum *IKM*] locum super significat *F* locum significat *V* 13 id est *F IKV*] *om. M*

- XIV.9 (28.24) NEC SOLVM ID. Quod modo dixi de diuersitate significationis, causa sit quare plures habeamus praepositiones, SED ETIAM ILLVD etc.
- XIV.9 (28.26) TENOREMQVE EARVM, id est praepositionum, SERVAVERVNT IN illis aduerbiis, quia scilicet praeposita casualibus grauantur omnibus syllabis. 5
- XIV.9 (28.29) Sequitur HVIVSCEMODI ENIM. Redditio est causae quare paulo ante ‘pone’ et ‘infra’ et similia aduerbia uocauerit, quare Graeci dixerunt ea aduerbia esse et non praepositiones causam supponit, quia scilicet certam habent aliquam significationem etiam per se posita, praepositiones uero per se prolatae certam nolunt habere significationem, et ideo supradicta a iure praepositionum separantur. Aduerbia uero per se prolata certam habent significationem, quare supradicta bene possunt esse aduerbia. Amplius pleraque aduerbiorum componi non possunt, nec supradicta localia componuntur, unde uidentur esse aduerbia. Omnes autem praepositiones apud Graecos componi possunt et apponi, sed supradicta localia non componuntur, igitur non sunt praepositiones secundum rationes Graecorum. 10 15

Prisc. 5 illis] eis *Prisc.*

Var. lect. 4 id est *IKMV*] *om. F* 5 illis *IKMV*] eis *F* | praeposita *FIKM*] preposite *V* 6 casualibus *FIMV*] causalibus *K* | grauantur *KMV*] prepositio grauat *F* grauat *I* | ante omnibus] in *add. I* 7 sequitur *FIK*] *om. MV* huiuscemodi *FIKM*] huiusmodi *V* | redditio est *IKMV*] et est redditio *F* 8 post et²] alia *add. F* | uocauerit *FIKM*] uocauit *V* 9 dixerunt ea *IKV*] d. illa *F tr. M* | aduerbia esse *IK*] *tr. F MV* 10 habent... significationem *IV*] aliquam significationem *F* aliquam h. a. s. *K h. s. a. M* 11 etiam *IKMV*] *om. F* | uero *IKMV*] *om. F* 12 et ideo *IKMV*] quare *F* 13 uero *FIKM*] *om. V* 14 bene... esse *IKMV*] sunt bene *F* 15 amplius *IKMV*] et amplius *F* non... 17 componi *IKMV*] *om. per hom. F* 18 non *FKMV*] *om. I* 19 secundum *FKM*] sed *I* per *V*

	PRAETEREA HAEC. Alia ratio quare supradicta et similia	XIV.9 (29.3)
I204ra	non sunt praepositiones, quia HAEC QVAE CERTISSIMAM ETIAM	
M104ra	PER SE POSITA HABENT LOCORVM SIGNIFICATIONEM POSSVNT	
5	APVD LATINOS QVOQVE, sicut apud Graecos, SINE CASVALIBVS	
	PROFERRI, QVOD RARISSIME, id est nunquam, PATITVR	
	PRAEPOSITIO. Semper enim uel apponitur casus, ut ‘uado ad	
	domum’, uel subintelligitur, ut ‘de post fetantes’, subintelligitur	
	enim ‘eunte’, ‘de ultra mare’, subintelligitur ‘existente’. Quod	
	localia sine casuali proferantur ponit exemplum VIRGILIUS IN	
10	SECVNDO, ‘PONE SVBIT CONIVNX’.	
	INVENIVNTVR IGITVR. A supradictis infert sic. Quando	XIV.10 (29.8)
F51ra	quidem secundum Graecos praepositiones per se prolatae	
	certam significationem non habent, et secundum illos omnes	
	praepositiones componi possunt et apponi, IGITVR INVENIVNTVR	
15	APVD LATINOS IN PRAEPOSITIONIBVS TRIA CONTRARIA	
	OBSERVATIONI GRAECORVM. Quae tria supponit, scilicet QVOD	

Fontes 7 de... fetantes] Ps. 77, 70 10 pone... conivnx] Verg. Aen. 2, 725

LP&T 5 rarissime... nunquam] cfr *ND* III ad loc. : Quomodo dicat ‘rarissime’, cum nunquam uideatur pati etc. 6 Semper... 8 existente] cfr Petr. Helias p. 720.40 : Semper enim uel apponitur casui ut ‘Vado ad domum’ uel subintelligitur ut ‘de post fetantes’. Subintelligendum est enim ut antiquis uidetur, ‘existente’, sed quomodo potest fieri ut si dicam, ‘De ultra mare uenit Pompeius’, ibi intelligatur ‘existente’? Quid enim est dicere, ‘De existente ultra mare uenit Pompeius’. Dicunt ergo plerique quod ibi, ‘De post fetantes accepit eum’, ‘depost’ una pars est composita et exigit accusatiuum

Var. lect. 2 post praepositiones] secundum grecorum rationem *add. V* 3 locorum significationem *I KMV*] *tr. F* 5 rarissime *F M*] *rurum I raro K* rarius *V* 8 enim... subintelligitur *MV*] *e. euerte d. u. m. s. I om. per hom. K* 11 a *I KMV*] *ex F* 12 per... prolatae *I KMV*] *prolate per se F* 13 certam *I KMV*] *om. F* | et *F KMV*] *sed I* 14 componi possunt *I KMV*] *tr. F* 15 in praepositionibus *I KMV*] *om. F* 16 post tria] ipse *add. F* | quod *I KMV*] quia *F*

QVAEDAM PRAEPOSITIONES SVNT CERTAE SIGNIFICATIONIS, ut ‘ante’, ‘erga’ et alia supradicta localia, quae Latini faciunt praepositiones quando casualibus adiunguntur, ET QVOD QVAEDAM PRAEPOSITIONES NVNQVAM componantur VT supradictae, scilicet ‘ante’, ‘erga’, ET QVOD praepositiones NVNQVAM SEPARANTVR, id est apponuntur, VT ‘CON’, ‘DI’. Sciendum quia ‘con’, ‘dis’, et similia uocantur praepositiones ob hoc tantum quia | loco praepositionum ponuntur in compositione sicut in sequentibus inueniemus.

5

K68vb

XIV.10 (29.12) NVLLA PRAEPOSITIO. Alia communis regula. Nomen aspirationem habet ut ‘hara’, pronomen ut ‘hic’ etc.

10

XIV.10 (29.15) RARISSIME. Alia communis regula, ut apud Terentium in *Andria*, praepositio monosyllaba mutat ordinem, ‘I PRAE, SEQVAR’. Debuisset enim dicere ‘praei’ et esset compositum, cum nulla praepositio uerbo nisi in compositione adiungatur.

15

XIV.10 (29.22) MEDIAE QVOQVE. Alia communis regula.

Fontes 13 i... 14 seqvar] Ter. Andr. I 1, 144 (i prae sequor, *ed. et Prisc.*; *uide tamen notam Hertzii ad locum* : ‘sequar lib. XVIII § 265 et sic ‘meliores’ ex codd. Benth.’)

LP&T 12 apud Terentium] cfr Petr. Helias p. 721.69 : ‘Pre’ quoque postponitur apud Terencium, ‘I pre, sequar’

Trad. a 16 post qvoqve] PONVNTVR *add. F*

Var. lect. 2 ante erga *F KM]* iuxta intra *I* ante ergo *V* 4 nunquam...5 praepositiones *I KMV]* *om. per hom. F* 5 ante erga *F KM]* iuxta et intra *I* apud grecos *V* | et quod *KMV]* quae *I* 6 di *F IK]* dis *M* dis di *V* 11 aspirationem habet *F IKV]* *tr. M* 12 rarissime *F KMV]* rarum *I* 13 praepositio... mutat *I KMV]* praepositiones monosyllabe mutant *F* | i... 14 sequar *I KM]* ipse *F* ipse sequar te *V* 14 enim *F IKM]* *om. V* | esset *F IMV]* earum *K* 15 uerbo] *tr. F post* adiungatur 16 post regula] sunt praepositiones quae in compositione patiuntur elisionem, id est unius litterae abscisionem ut cum ista praepositio sequente uocali *add. perperam K*

NECNON. Item alia communis regula.

XIV.10 (29.24)

‘IN’ ‘AD LOCVM’ ET ‘IN LOCO’ SIGNIFICAT, ut ‘in domum uado’, ‘in domo sum’. Hic autem significat ‘in’ ipsam domum non in essentia sed secundum hunc respectum quod itur ad eam uel manetur in ea. ‘EX’ ‘de loco’ significat, ut ‘ex Aegypto uocauit me’. |

XIV.10 (29.25)

5
V84va

SCIENDVM TAMEN. Licet ‘ex’ ista praepositio in ‘x’ desinat, tamen sciendum etc., quod aduerbium, scilicet ‘pax’, similiter est Graecum, sicut ‘ex’ praepositio est Graeca.

XIV.11 (29.26)

10
I204rb

Alia communis regula. SVNT praepositiones QVAE IN COMPOSITIONE PATIVNTVR ELISIONEM, id est unius litterae abscisionem, VT ‘CON’ ista praepositio SEQVENTE VOCALI, cum dico ‘COEO’. ‘Coneo’ enim deberet dici, sed propter | sequentem uocalem subtrahitur ‘n’.

15

CONTRA, id est e contrario, ‘PRO’ ista praepositio SEQVENTE VOCALI non eliditur, immo ASSVMIT ‘D’ litteram, ut ‘PRODEST’.

QVAEDAM ETIAM. Alia communis regula.

XIV.11 (30.1)

20

Sequitur NAM ANTIQVI. Et respondet ad hoc quod dixerat ‘supra’ pro ‘supera’, usus TAMEN TENNIT ut dissyllaba

XIV.11 (30.3)

Fontes 5 ex...6 me] cfr Os. 11, 1

Trad. α 18 post etiam] PREPOSITIONES SINCOPAM PASSE SVNT add. F

Var. lect. 1 item I KMV] om. F 2 ut...5 significat I KM] om. per hom. F 3 in¹ KMV] et in I 5 uel manetur KMV] ut maneret I | in ea IMV] om. K 6 uocauit me F I KM] uocauit filium meum (Os. 11, 1 ap. Matth. 2, 15) V 8 scilicet] id est dumtaxat V 9 praepositio... graeca I KMV] g. e. p. F 11 unius...12 abscisionem I KMV] a. u. l. F 12 sequente I KMV] sequenti F 13 enim F IMV] om. K | post sequentem] n add. KV 19 dixerat F KMV] dixit I 20 tamen tenuit I KV] tr. F tamen M | tenuit...22,1 proferantur F I KV] om. M

proferantur, licet antiqui dissyllaba ea profferrent, tamen usus tenet.

- XIV.11 (30.8) NEC SOLVM. Quasi dicat, ego dixi ‘supra’ et ‘infra’ esse praepositiones, sed hoc sciendum de illis quod non solum sunt praepositiones sed etiam aduerbia sunt accipienda pro uaria significatione. Est enim quando per se prolata certissimam habent locorum significationem et tunc debent inter aduerbia reponi. 5
- XIV.11 (30.9) OPORTET AVTEM etc. Superius idem dixit, sed ibi ad differentiam aduerbiorum et praepositionum, hic uero ut communem regulam det suo loco. PAENE dicit quia ‘prae’, cum sit monosyllaba, per se tamen prolata certissimam habet loci significationem. NEC NON ETIAM QVAEDAM DISSYLLABARVM praepositionum nihil certum per se significant, ut ‘apud’ per se prolatum personam uel locum significare potest. 10
- XIV.11 (30.13) HAE ENIM, quasi dicat, in hoc potes colligere quia hae supradictae praepositiones monosyllabae uel dissyllabae per se nihil certum significant, quia ACCOMMODANT SIGNIFICATIONES 15

LP&T 1 antiqui] cfr Petr. Helias p. 722.76 : Dicebant enim antiqui ‘supera’ et ‘infera’ et ‘extera’ pro quibus nos dicimus, ‘supra’ et ‘infra’ et ‘extra’ **18** nihil...significant] cfr *ND* III ad loc. : Sed quaerendum est quomodo dicat siue ‘ante’ siue ‘apud’ hic esse incertae significationis, cum superius dixerit easdem certae significationis, nisi forte secundum diuersos etc.

Trad. a 9 *post avtem*] SCIRE QVOD PROPRIVM DICVNT *add. F*

Var. lect. 1 licet *F KMV*] licet et *I* | dissyllaba *IK*] trisyllaba *FMV* profferrent *IKMV*] proferebant *F* | tamen...2 tenet *IKMV*] *om. F* **4** hoc...5 sed *IKM*] *om. per hom. F* | sciendum *IKM*] s. est *V* | quod *IKV*] quia *M* **9** idem dixit *IKMV*] *tr. F* **10** ut *FIMV*] *om. K* **11** det *MV*] *om. F* debet *I* dat *K* | ante suo] in *add. MV* | suo loco] *tr. V* **12** habet *FIKV*] habent *M* **13** non *FIM^{p.c.}V*] tamen *KM^{a.c.}* **15** potest *F KMV*] non potest *I* **16** quasi *I KMV*] acsi *F* **17** supradictae *IKMV*] predictae *F* **18** nihil certum *IKMV*] *tr. F*] significant *F KMV*] significat *I*] accommodant *F KMV*] accommodat *I*

SVAS AD SENSVS DICTIONVM SEQVENTIVM, quibus scilicet iunguntur, et secundum uarios sensus earum significationes suas uariant.

5 IN COMPOSITIONE QVOQVE ‘ad’ suam uariat XIV.12 (30.21)
significationem quia MODO EST INTENTIVVM, quia intendit et
augmentat uim uerbi, VT ‘APPROBAT’ id est ‘ualde probat’,
MODO AD PERSONAM VEL REM DIRIGITVR, VT ‘alloquor
hominem’, ‘adeo domum’.

10 QVAE VERO ALICVIVS CERTAE SVNT SIGNIFICATIONIS, XIV.12 (30.25)
QVAMVIS SECVNDVM GRAECORVM RATIONEM PLERAEQVE INTER
ADVERBIA PONI DEBENT. ‘Pleraeque’ dicit quia ‘inter’ ista
praepositio certam habet significationem, sed tamen quia
nunquam inuenitur sine casualibus, ideo non concedit auctor ut
etiam SECVNDVM, id est propter, RATIONEM GRAECORVM debeat
15 inter aduerbia reponi.

‘Hyper’ et ‘hypo’ | praepositiones sunt apud Graecos (31.2)
idem significantes quod ‘supra’ | ‘infra’ apud nos.

M104rb

LP&T 11 Pleraeque ... 15 reponi] cfr Petr. Helias p. 722.95 : Plereque’ autem dictum est quia ‘inter’ certam habet loci significationem. Quoniam tamen numquam sine casuali inuenitur, non concedit auctor ut etiam secundum rationem Grecorum debeat dici aduerbium, sed praepositio

Var. lect. 1 sequentium *IKMV] om. F* | scilicet *IKMV] om. F* 2 earum *IKV] illarum F ex M* 3 suas *FMV] om. IK* 4 uariat *IKMV] uariant F* 5 est intentium *F IKM] tr: V* | intendit *F IMV] intentat K* 7 alloquor *KMV] adloquor F alloquitur corr. I* 8 hominem *KMV] homo est I unum id est F domum F KMV] donum I* 9 certae sunt *FM] tr: IKV* 10 graecorum *FI MV] grammaticae K* | graecorum rationem *F KM] tr: IV* 11 debent *IKMV] debeant F* 14 debeat *FMV] deberet I debeant K* 15 inter...reponi *IKMV] preponi inter appellatiua F* 16 sunt ... 17 significantes *IKMV] apud Graecos idem significant F* 17 supra infra *IKM] supra et infra F infra et supra V*

- XIV.12 (31.5) INVENIVNTVR TAMEN. Vult ostendere quare haec collectio uocum specialiter ‘praepositio’ nuncupetur. Quasi dicat, licet in multis | locis dixerim hanc uocum collectionem aliis dictionibus debere praeponi, INVENIVNTVR TAMEN etiam IN ALIIS PARTIBVS orationis PRAEPOSITIVAE dictiones, VT ‘NE’ ADVERBIVM DEHORTANDI praepositivum est, et ‘HIC’ istud PRONOMEN, non tamen semper praeponuntur, sicut praepositiones, naturaliter, id est ex inuentione, praeponi habent, quia NVLLA ORDINIS CONFVSIONE possum dicere ‘HOMO HIC’ sicut ‘HIC HOMO’. Nec omnino sunt praepositivae dictiones pertinentes ad eandem speciem in aliis partibus orationis, ut ‘atque’ ista coniunctio copulativae est speciei et praeponitur, ‘que’ uero pertinens ad eandem speciem copulativam supponitur. I204va
5
10
- XIV.12 (31.9) IVRE IGITVR. Quia in aliis partibus non semper sunt praepositivae dictiones, nec etiam illae quae subiacent eidem speciei, igitur iure etc. 15
- XIV.13 (31.11) SAEPE ETIAM. Alia communis regula, quod praepositiones desunt uerbis quibus iunguntur per compositionem, ut ‘RVVNT’ dixit Virgilius pro ‘eruunt’. 20

Fontes 20 rvvnt] Verg. Aen. 1, 85

Trad. a 18 post etiam] VERBIS add. F

Var. lect. 1 haec I KMV] om. F 3 uocum F I MV] uocem K 4 etiam F I MV] esse K 5 praepositivae F MV] praepositivae I K 6 praepositivum I KMV] preponit F 8 id...inuentione I KMV] om. F 10 omnino I KMV] ideo F 12 est speciei F KM] tr. I V 13 que F KMV] quod I | pertinens... 14 supponitur F I MV] pertinet... et supponitur K | speciem copulativam I(-ua I) KMV] tr. F 16 praepositivae F I MV] praepositivae K 18 saepe F KMV] sunt I | quod F K] et quod I scilicet quod MV 19 post quibus] praepositiones iter: K 20 dixit F I MV] dicit K

Intelligitur enim ibi ‘ruunt’ esse compositum per subintellectam
 praepositionem, et e conuerso praepositionibus desunt uerba
 quibus componuntur, ut Virgilius ‘SVPER’ dixit PRO ‘SVPERES’.

COMPOSITAE PRAEPOSITIONES. Alia communis regula. XIV.13 (31.16)

5 VERBA QVIA NOMINATIVVM, id est ita directe XIV.13 (31.18)
 K69ra SIGNIFI[CANT sicut et nominatiuus, IDEO etc.

EST QVANDO. Alia regula. Et nota quia hanc eandem XIV.13 (31.21)
 uidetur superius dixisse, sed ad aliud et aliter. Superius enim
 indeterminate dixit, praepositio etiam loco coniunctionis accipi
 10 solet causalis, hic uero apud nos et apud illos Graecos illud fieri
 determinat, quando uero propter significationem non Δία
 Graecam, sed Παρά tunc praepositio est ualens idem quod apud
 nos ‘ob’, cum per appositionem loco causalis coniunctionis
 V84vb ponitur. | In compositione uero idem quod ‘circum’ haec
 15 praepositio significat. ‘OBEVNTIA’ enim idem est quod
 ‘circumuenientia’.

NECNON CVM ALIIS PARTIBVS CONIUNCTA, uel per XIV.14 (32.7)
 appositionem uel per compositionem, SIMVL CVM ILLIS, id est

Fontes 3 svper] Verg. Aen. 3, 489 15 Obevntia] Verg. Aen. 6, 58

Var. lect. 1 ibi...esse *IM*] i. e. r. *F r. i. e. KV* 3 superes *KMV*] superest *IF*
 5 quia nominatiuum *FIMV*] quantum *K* | ita *IKMV*] *om. F* 6 significant *F*
KM] significat *IV* | sicut et *IKM*] ut *F* et *V* 7 eandem...8 uidetur] *tr. V*
 8 superius dixisse] *tr. V* | dixisse *IKM*] dedisse *F* | ad *FKMV*] et *I* 9 etiam
 loco *FIKV*] *tr. M* | accipi...10 solet *IKMV*] *tr. F* 10 causalis *IV*] casualis
FM causali *K* | graecos *FKMV*] igitur *I* 11 Δία *FKMV*] *lac. I* 12 Παρά *F*
KMV] *lac. I* | praepositio est *IK*] *tr. FMV* | idem quod *FIMV*] *om. K*
 13 cum *IKMV*] *om. F* | causalis *IKV*] casualis *FM* 14 ponitur *FIM*] poni
K accipitur *V* 16 circumuenientia *IK*] circumeuntia *FMV* 17 coniuncta *F*
IMV] coniunctionum *K* 18 per *IKMV*] *om. F*

ipsa et aliae secum, omnes scilicet SIMVL PRO CAVSALI
CONIVNCTIONE ACCIPIVNTVR, VT 'QVAMOBREM'.

- XIV.14 (32.10) CVM APVD GRAECOS. Alia communis regula. NISI
HELLENISMO, id est graecismo, VTATVR AVCTORITAS, VT
VIRGILIVS, QVAMVIS APVD GRAECOS, quasi dicat, posui 5
'TENVVS' inter exempla quasi praepositionem, QVAMVIS APVD
GRAECOS ἀρχις suum aequipollens sit aduerbium, | ITAQVE, I204vb
quia aequipollens 'tenus' est aduerbium, 'tenus' RARO
PRAEPONITVR, quia non recte est praepositio.
- XIV.14 (32.21) NOMINATIVO AVTEM. Alia regula. Sequitur redditio 10
causae, IDEO AVTEM.
- XIV.14 (32.26) SEPARATAE ENIM. Recte acsi dicat, accusatiuus et
ablatiuus, cum transitiui sint, praepositiones separatas recipiunt,
nam hae praepositiones etc. ITAQVE, quia nominatiui per
appositionem non recipiunt praepositiones, igitur VERBA PER 15
APPOSITIONEM iungi NON POSSVNT PRAEPOSITIONI, unde inferat,
(32.27-28) ipse interserit, QVIA SEMPER etc.
- XIV.15 (32.30) Sequitur NIHIL ENIM. Respicit ad partem supradictorum,
(32.29) ad hoc scilicet quod dixerat ET CARENT CASIBVS. PER SE dicit,
id est ex sua ui. Opponitur quia praepositiones separate 20

Fontes 6 tenvs] Verg. Aen. 2, 553

Prisc. 10 avtem] uero *Prisc.*

Var. lect. 1 omnes scilicet *I MV*] omnes in *F tr. K* | causali *I KMV*] casuali *F*
3 regula] *iter. I* 4 auctoritas *F KMV*] auctoritate *I* 5 quasi... 7 graecos]
om. per hom. I 6 inter exempla *I KM*] in exemplo *F V* uel in *add. M^{s.l.}*
8 tenus² *F IKV*] *om. M* 9 praeponitur *F IV*] ponitur *KM* | recte est *I KMV*] *tr. F*
10 nominatiuo *F KMV*] necessario *I* 14 nominatiui *F IKV*] *nominatiuis M* 16 appositionem *F M*] compositionem *IK om. V* | iungi]
post possunt *iter. F MV* | praepositioni *F IKV*] praepositionibus *M* 19 dicit
I KMV] dixit *F* 20 id est *IV*] *om. F KM*

transitionem significant, quod paulo ante dictum est, CVM NVLLOS CASVS HABEANT. Sed huic oppositioni satisfacere uidetur cum dicit ‘PER SE’, id est ex sua ui. Neque enim praepositiones ex ui sua ui, sed ex sequentium dictionum
 5 coniunctione, aliquid certum significant, nedum per se sint transitivae, id est aliquid certum per transitionem significant, sicut activa uerba cum transitiva dicantur, tamen si casus non habeant appositos uel subintellectos, per se nullam transitionem faciunt, sed absolutam uim habere dicuntur, ut Terentius in
 10 Eunucho ‘hic est qui si amare occeperit’. ‘Amare’ nullam transitionem facit hic.

PRAEPOSITIO QVANDO. Alia communitas, et haec scilicet XIV.15 (33.1)
 ut praepositiones PER DEFLECTIONEM VERBORVM prolatae GENERALEM seruant ACCENTVVM REGVLAM, facimus nos ad
 15 Graecorum similitudinem.

NECNON ETIAM SI PRAEPOSTERE proferantur XIV.15 (33.12)
 F51rb praepositiones generalem | seruant accentuum regulam, et hoc quoque a Graecis accepimus.

EST TAMEN. Licet dixerim praepositiones praepositas XIV.16 (33.19)
 20 generalem accentuum seruare regulam, EST TAMEN QVANDO POSTPOSITA QVOQVE, id est sicut praeposita, GRAVATVR, scilicet

Fontes 10 hic...occeperit] Ter. eun. 125 (miles qui me amare occeperat) ; non apud Prisc.

Var. lect. 4 ui sua *F I K*] *tr. MV* 6 significant *I K MV*] significant *F*
 8 appositos *F I MV*] appositivos *K* 9 dicuntur *I K MV*] dicantur *F* 10 qui si
F K V] quod si *I* quasi *M* | occeperit *I MV*] inceperit *F K* 11 hic] *tr. F ante*
 nullam *tr. V ante* facit 13 defectionem *I K MV*] defectiones *F* | prolatae... 14
 generalem *F I MV*] *tr. K* 15 similitudinem *I K MV*] imitationem *F*
 17 accentuum regulam *F K M^{p-c} V*] *tr. I M^{a.c.}* 19 praepositas *F I MV*] praepositae *K*

SI SEQVATVR GENITIVVS AD SVpra POSITVM ACCVSATIVVM VEL
 ABLATIVVM REDDITVS ut ab illis regatur, sicut apud Graecos
 ‘δῖα’ acuitur in principio propter differentiam, hic oportet
 subintelligi.

XIV.16 (33.27)	ET SI LOCO ADVERBIORVM. Alia communitas.	5
(34.2)	‘PERPVLCHRA’, ‘per’ hic non grauatur, sed acuitur et ponitur	
(34.4)	pro ‘ualde’. ‘PRO TRISTIA FATA’, ‘pro’ loco interiectionis ponitur et ideo acuitur.	M104va I205ra
XIV.17 (34.6)	HOC TAMEN. Licet dixerim nos accipere praepositiones	
(33.27)	loco aduerbiorum, TAMEN hoc facimus AVCTORITATE	10
	GRAECORVM. Sicut enim praepositiones loco aduerbiorum, sic etiam aduerbia loco praepositionum solent poni apud illos, sufficeret dixisse. Illi enim praepositiones loco aduerbiorum accipiunt. Sed contrarium membrum addit, quia uult inferre	
(34.12)	NIHIL IGITVR MIRVM. Huius illationis aliam probationem supponit, CVM ETIAM LOCO NOMINIS EA ADVERBIA SOLEANT	15

Fontes 6 Perpulchra] Ter. eun. III 2, 15 7 Pro...fata] Lucan. 2, 98

LP&T 7 pro²...8 acuitur] cfr Petr. Helias p. 729.67 : ‘Pro’ etiam loco
 interiectionis ponitur ut apud Lucanum ‘pro tristia fata’, et ideo ibidem
 acuitur. Quod ergo plerique dicunt debere scribi cum aspiratione ‘proh’, facta
 apocopa ab integra interiectione ‘proho’ in nulla auctoritate inuenio, sed hoc
 tantum quod ‘pro’ prepositio ponitur pro interiectione

Var. lect. 2 redditus *F KM*] redditur *IV* | sicut *IKMV*] sic *F* 6 perpulchra *F*
IMV] propterea ultra *K* | per *IKMV*] pro *F* | grauatur *FIMV*] aggrauatur *K*
 7 fata *IK*] facta *FMV* 8 et...acuitur *FIKM*] *om. V* | ideo acuitur *IKM*] *tr.*
F 9 tamen *FIKM*] *om. V* | dixerim *FIMV*] *om. K* | praepositiones *IKMV*]
 dictiones *F* 10 tamen...11 aduerbiorum *FIMV*] *om. per hom. K*
 16 nominis *FIKV*] nominum *M* | soleant *KM*] solent *FI* soleat *V*

- ACCIPI, ut STATIVS 'RITE' aduerbium PRO 'RITV' nomine (34.14)
 POSVIT.
- PRAEPOSITIONES QVOQVE TAM PRO ADVERBIIS. Hoc (34.22)
 repetit ut addat, NON BENE TAMEN licet pro coniunctionibus
 ponatur, ideo non bene quia differunt, quod habes ubi dicit CVM
 5 CONIUNCTIO etc. (34.25)
- SEPARATAE PRAEPOSITIONES. Idem dixerat superius, sed (35.5)
 uult addere, ET EST QVANDO EANDEM HABENT.
- EST QVANDO ABUNDANT, id est superfluunt positae, (35.11)
 10 SYLLABICE. Qualiter 'syllabice' ipse exponit, id est CAUSA etc.
 'Syllabice' aduerbialiter positum est.
- EST QVANDO LOCALEM VIM POSSIDENT (35.12)
 QVADRIPARTITAM, id est quattuor modis locum significant. Alia
 est communitas.
- CVM APVD GRAECOS. Alia communitas. Et est sensus, (35.14)
 15 apud Graecos sunt quaedam dictiones dissyllabae paenultimam |
 v85ra habentes acutam, ut πλησιος quibus praepositio per
 compositionem coniuncta, ita ut aliquid addat significationi

Fontes 1 Stativ] Stat. Theb. 11, 284 : Hei mihi ! primitiis armorum, et rite nefasto Libatus, iussusque mori

LP&T 1 rite] cfr Petr. Helias p. 729.73 : 'rite nefasto' pro 'ritu'
 11 Syllabice...est] *aliter interpr.* Petr. Helias p. 730.94 : Quandoque etiam habundant in compositione ac si essent sillabice adiectiones ut nichil, scilicet, sensus habeant addere ut 'emori' pro 'mori'

Var. lect. 4 addat *F I M V*] addit *K* 5 habes *I K M*] habemus *F V* 8 eandem *F I*] eadem *K M V* 9 est¹ *I K M V*] et est *F* | superfluunt *F I K V*] superfluant *M* 10 exponit...est *I K M V*] supponit et est *F* 11 aduerbialiter *I K M V*] habundanter *F* | positum est *F I K V*] est compositum *M* 13 id est *F I M V*] *om. K* | alia... 14 communitas *I K V*] alia communitas *F om. M* 16 sunt quaedam *I K M V*] *om. F* | dissyllabae *I K V*] dissillabice *F M* | paenultimam... 17 acutam *F I K M*] penultimas acutas habentes *V* 17 quibus *F I K*] in quibus *M V* 18 coniuncta *I K M*] adiuncta *F V*

accentum acutum de paenultima transfert in antepaenultimam. Quando enim dicunt παρα πλησιος, antepae|nultima acuitur. Et Παρα praepositio est Graeca.

K69rb

XIV.20 (35.14)

CVM autem APVD GRAECOS PRAEPOSITIO COMPOSITA in multis dictionibus hoc faciat, apud nos praepositio composita illud idem in uno facit aduerbio, scilicet ‘inde’. ‘Inde’ enim per se prolatum acuit paenultimam, quod si ‘de’ uel ‘pro’ in compositione ei iungatur, ut dicamus ‘proinde’, ‘deinde’, acuitur antepaenultima. Littera sic se habet, CVM APVD GRAECOS PRAEPOSITIO COMPOSITA CVM ALIIS a praepositione DITIONIBVS non omnibus sed QVIBVSDAM et illis HABENTIBVS PAENULTIMAM ACVTAM, illa praepositio ANTEPAENULTIMAM FACIT EAM paenultimam, id est similem illi paenultimae, scilicet acutam, ita dico, si illa praepositio composita aliquid addit significationi, ut cum dicunt παρα πλησιος, παρα | ista praepositio iuncta cum πλησιος antepaenultimam facit paenultimam, id est similem paenultimae syllabae, quia acutum accentum de paenultima transfert in antepaenultimam.

5

10

I205rb

XIV.20 (35.17)

APVD NOS IN VNO ADVERBIO HOC SOLET FACERE praepositio, scilicet accentum acutum de paenultima transferre

20

Var. lect. 1 accentum acutum *I KMV*] *tr. F* 2 acuitur *F KMV*] acuat *I* | et *F KMV*] *om. I* 3 est *F IK*] *om. MV* 4 composita *I KMV*] preposita *F* 5 composita *I KMV*] *om. F* 6 in... facit *IKM*] facit in uno *F V* | inde¹ *F KMV*] tamen *I* 7 pro *F IKM*] per *V* 8 compositione *I KMV*] prepositione *F* iungatur *IKV*] addatur *F* iungitur *M* | proinde deinde *IK*] perinde deinde *F tr. M* deinde uel perinde *V* 9 acuitur *F IM*] acuit *KV* | se habet *I KMV*] uel *F* 10 praepositio composita *I KMV*] *tr. F* 13 facit *I KMV*] faciat *F* paenultimam *F IMV*] *om. K* | id... illi *I KMV*] similem sibi *F* 15 παρα² *F MV*] *lac. IK* 16 iuncta *IKV*] est iuncta *F* coniuncta *M* | πλησιος *F KMV*] *om. I* 20 scilicet... acutum *IKM*] s. acutum accentum *F* acutum scilicet accentum *V* | transferre *F MV*] transferri *I* transfert *K*

in antepaenultimam, ut ‘inde’ ‘perinde’. Et quare ita fiat, causam supponit, scilicet ne, si grauetur, praepositio per appositionem esse putetur ante aduerbium, quod fieri non licet. Hac occasione uolunt aliqui dici ‘de longe’ antepaenultima
 5 acuta, scilicet ne ‘de’ per appositionem huic aduerbio ‘longe’ iuncta esse uideatur. Sed haec ratio non procedit. Causa enim illa probabilis est, non necessaria. Si enim necessaria esset, ‘induco’ antepaenultima acuta diceremus, ne ‘in’ per appositionem uerbo iuncta esse uideretur. Sed hoc auctor
 10 minime concedit, praesertim cum dicat in uno aduerbio, scilicet ‘inde’, hoc tantum fieri.

EST QVANDO. Alia communitas, scilicet quia praepositio
 XIV.20 (35.19) assumitur causa significantiae, ut amplificet significationem, ut ‘inprudens’ id est ‘multum prudens’.

SVNT praepositiones QVAE SIMILEM. Alia communitas,
 XIV.20 (35.24) quae sit illa similis potestas subiungit, localis scilicet significatio, etiam apponit, quia ‘ex’ praeter communem

LP&T 4 Hac...11 fieri] cfr Petr. Helias p. 731.23 sq. : Propter hanc ergo quam auctor inducit rationem uolunt plerique dici ‘delonge’, antepenultima acuta, scilicet, ne ‘de’ per appositionem aduerbio ‘longe’ iuncta esse uideatur. ... Est ergo super hoc contouersia nec irrationabilis | aliqui] cfr *ND III* ad loc. : Qui uolunt ‘delonge’, ‘deinde’, ‘deinceps’ antepaenultima acuta proferre exponunt IN UNO ADUERBIO, id est in hac una parte orationis, quae est aduerbium etc. Sed quaerendum est quid inde tenendum sit etc.

Var. lect. 2 grauetur *IKMV*] grauaretur *F* 3 ante *IKMV*] inde *F* 4 uolunt aliqui *IKMV*] uoluit aliquis *F* | dici *FIKM*] dicere *V* 6 iuncta *FIV*] adiuncta *KM* 7 illa...necessaria¹ *IKMV*] non necessaria est sed probabilis *F* 8 induco *IKMV*] in deduco *F* | antepaenultima acuta *IKMV*] antepenultimam acutam *F* 9 uerbo...esse *FIK*] i. u. e. *M* i. e. u. *V* | uideretur *IKV*] uideatur *FM* 10 post dicat] presertim *iter. F* 11 inde *IK*] in *FMV* 13 ante significationem] suam *add. F*

priuatam habet significationem, quia pro causali coniunctione accipitur et ordinem significat ‘ex’ in compositione, ut ‘exin’.

- XIV.21 (36.2) QVAMVIS ‘EXTRA’. Haec aduersatio ad hoc respicit quod
(36.1) dixerat LOCO HVIVS ADVERBII ‘EXTRA’.
- XIV.21 (36.5) TEMPORALIA QVOQVE, ET, id est sicut, LOCALIA. Alia
communitas. 5
- XIV.21 (36.6) ‘PRIDIE KALENDAS’. ‘Pridie’ temporale est aduerbium,
sed quia cum accusatio constructur, loco praepositionis
fungitur. ‘ADVERSVS’ nomen est quod similiter inter
praepositiones ponitur, cum accusatiuum regit. 10
- XIV.2 (36.7) SVBTRACTAE. Alia communitas. Si dicas ‘a domo uenio’,
‘domo’ nomen est proprie, sin dixeris ‘domo uenio’
praepositione subtracta, ‘domo’ pro aduerbio | ponitur. M104vb
- XIV.22 (36.11) ADEO AVTEM. Vult confirmare quod dixerat ‘ab’ ‘a’ ‘ex’
localem habere significationem, sed alterius regulam orditur
communiter de multis aduerbiis. | 15
I205va
- XIV.22 (36.13) SED ETIAM dixi, acsi diceret ab ‘ex’ nasci localia aduerbia
‘extra’ et ‘extrinsecus’, sed secundum Latinos non sunt
aduerbia. Et est ordo, scriptores artium numerant haec inter
praepositiones, ideo quod LOCO PRAEPOSITIONVM SAEPE SOLENT
PONI, tunc, scilicet CVM, id est quando, CASIBVS ADIVNGVNTVR. 20

Prisc. 5 et localia] *secl. Hertzius* **9** Adversvs] *secl. Hertzius*

Var. lect. 1 quia *I K MV*] et *F* **7** est *F I KV*] *om. M* **10** ponitur *F I KV*] ponit *M* **11** dicas *F I KV*] dicamus *M* **12** domo¹ *F*] *om. I K MV* | sin dixeris *V*] sin dicas *F* si dixeris *I K M* **13** post aduerbio] loci *add. F M* locali *add. V* **14** ab a *F K M*] alia *I* a ab *V* **15** alterius regulam *F M*] altius regulam *I* alterius regula *K* aliam regulam *V* | orditur *F I V*] dr dr *K* orditur quod dicit *M* **17** diceret *I K MV*] dicat *F* **18** extra... ¹⁹ aduerbia *I K MV*] *om. per hom. F* **19** scriptores artium *F K MV*] *tr. I* **21** tunc scilicet *I K MV*] et *F* | casibus... 33,1 hucusque *I K MV*] *om. F*

- CVM IGITVR. Tractatis hucusque communibus praepositionum regulis, speciales uniuscuiusque praepositionis significationes ostendit, causam illationis intersertam habes CVM VT SVPRA MEMORAVIMVS etc. (36.17) XIV.22 (36.17)
- 5 VNISYLLABAE. Quod praemisit exequitur. (36.20) XIV.23 (36.20)
- EX HIS PLERAEQVE. Et est referendum solum ad dissyllabas et trisyllabas, et quod licet tam poetis quam oratoribus sine reprehensione et praeponere et postponere ea casibus. (36.23) XIV.23 (36.23)
- 10 NOSTRI VERO. Alia est ratio Graecorum, sed huic rationi nostri se opponunt dicentes non esse uerum, immo semper praepositiva sunt nisi poetica licentia hoc mutauerit. (37.1) XIV.23 (37.1)
- SVNT AVTEM. Dixi quia eas dictiones quas Graeci dicunt aduerbia nostri posuerunt inter praepositiones. SVNT AVTEM PLERAEQVE HVIVSCEMODI LO|CALIA. ‘Pleraque’ dicit quia temporalia secundum Graecos aduerbia quaedam nostri etiam posuerunt inter praepositiones. (37.3) XIV.23 (37.3)
- V85rb DE SINGVLARVM IGITVR. Quia tot sunt diuersitates praepositionum accusatio seruientium quod aliae scilicet sunt (37.5) XIV.23 (37.5)

Prisc. 15 localia] aduerbia localia *Prisc.*

Var. lect. 1 hucusque *F K MV*] usque huc *I* | communibus *F I K V*] omnibus *M* **2** post speciales] est *add. M* **3** intersertam habes *I K M*] habemus insertam *F i.* habemus *V* **4** etc *F I M V^{n.c.}*] *om. KV^{a.c.}* **6** ante ex... pleraeque] sequitur *add. F* | pleraeque *F K V*] pleraque *I M* | referendum *F K M V*] reseruandum *I* **7** et¹ *I*] et ad *F* uel *K M V* **8** et postponere *F I K V*] *om. M* ea *I K M V*] eam *F* **10** alia *F K M V*] talis *I* | est *I K M V*] *om. F* | sed] sed et *K* **12** hoc *F I*] ea *K M V* **13** dicunt *F K M V*] uocant *I* **15** ante localia] aduerbia *add. F* | pleraque dicit *I K M V*] *tr. F* **18** singularum *F I K M*] singulorum *V* sunt *I K M V*] *om. F* **19** accusatio *F I M V*] accusatiuos *K* | aliae scilicet *I K M*] *tr. F* alie *V*

monosyllabae, aliae dissyllabae, aliae trissyllabae, igitur DE SINGVLARVM etc. ‘VI ET SIGNIFICATIONE’ pro eodem accipe.

XIV.24 (37.7) ‘AD’ PLERVMQVE PROXIMITATEM SIGNIFICAT. ‘Plerumque’ dicit quia EST ETIAM ‘ad’ CAVSALIS significationis, VT ‘AD QUID HOC FECISTI’, HOC EST ‘CVIVS CAVSA hoc fecisti’. 5
Est SIMILITVDINIS, VT ‘ACCOMMODATVS’, id est ‘ad alterius similitudinem commodatus’. ‘Accomodare’ ‘comparare’ et ‘rem rei assimilare’ dicimus. ‘ADSIMILIS’, hic duplex similitudo significatur. ‘Ad unguem’, id est ‘ad similitudinem unguis’, ut si de aliquo perfecto uiro in quo esse scrupulus cuiusquam uitii non inuenitur dicam ‘hic homo factus est ad unguem’, id est ad similitudinem unguis ducti per marmora planata. 10

XIV.24 (37.15) ADDITIONIS QVOQVE est, VT | ‘AD HAEC MALA’, id est 1205vb | K69va
‘propter haec mala’.

XIV.25 (37.16) ‘OB’ PER APPOSITIONEM VIM OBTINET ΔΙΑ GRAECAE 15
PRAEPOSITIONIS, QVAE ‘ob’ PRO CAVSALI CONIUNCTIONE praepositio ACCIPITVR. VEL ponitur ‘ob’ LOCO ‘PRO’ Latinae praepositionis VEL LOCO KATA GRAECAE in eadem significatione. Tunc dico accipitur loco ‘pro’ et loco ‘κατα’,

Fontes 11 ad unguem] cfr Hor. ars 294, Hor. serm. 1, 5, 32

Prisc. 17 praepositio cum Hertzii DG] non Prisc.

Var. lect. 4 est etiam I KMV] tr. F 5 hoc² F I KV] id M 6 id est F I KV] om. M | ad F I MV] lac. K 7 similitudinem F KMV] similitudinis I | post accomodare] id est add. F | comparare F I K] comprobare s.l. uel comparare M 8 assimilare KM] adsimilare F simile I asimilare V | adsimilis F KMV] assimilis I 9 ad² I KMV] om. F 10 esse... cuiusquam M] nihil F cuiusquam I scrupulus cuiusquam KV 11 non I KMV] om. F | inuenitur F I KM] repperitur V 15 graecae... 16 praepositionis F I KV] tr. M 17 praepositio F] poni KMV] om. I 18 graecae... 35,1 κατα I KMV] om. per hom. F

- F51va cum ‘pro’ et ‘κατα’ sunt accomodatiua, id est conuenientiam et similitudinem significantia, | ut Virgilius ‘ob meritum’ id est ‘pro merito’, id est ‘iuxta hoc quod meruit’, quod Graeci dicunt ‘κατ’ αξιαν’ id est ‘secundum meritum’.
- 5 ‘PER’ ΔΙΑ GRAECAM non causalem sed LOCALEM XIV.25 (37.26)
SIGNIFICAT, ut ‘PERRVMPOR’ ualens idem quod διαρρηγνυμι, et (38.2)
significat ‘per’ in hac compositione locum quasi ‘per medium rumpor’.
- 10 SCIENDVM AVTEM. Causa ‘per’ localis praepositionis de XIV.26 (38.2)
omnibus localibus generalem regulam proponit. AD EANDEM
significationem dicit ad eandem similitudinem, scilicet quod
sicut tempori quasi loco adiungitur, ita aliis rebus quasi loco
adiungitur. Quod aperte indicat cum supponit IN QVO, id est in
qua oratione, quasi locus laudis ostenditur fuisse uirtus. Est
15 etiam perfectiuum, ut ‘perficio’, id est ‘perfecte facio’.
- ‘POST’ META GRAECAM SIGNIFICAT SED NON QVANDO XIV.27 (38.15)
‘meta’ significat ‘συν’, id est ‘con’, immo QVANDO meta

Fontes 2 ob meritum] Verg. georg. 4, 455

LP&T 1 conuenientiam...2 significantia] cfr Petr. Helias p. 725.27 : Cum ergo dicimus ‘ob meritum’, ‘ob’ consignificat ibi accommodationem, id est, conuenientiam et similitudinem ad meritum

Prisc. 11 significationem] figurationem *Prisc.*

Var. lect. 1 sunt *I K MV*] sint *F* | accomodatiua *F I K*] accomodata *MV*
conuenientiam *F K MV*] conuenientia *I* 2 id est *F MV*] *om. I K* 3 graeci *F I*
KV] *om. M* 7 ante locum] medium *add. F* 10 proponit *I K MV*] supponit *F*
11 ad... similitudinem *F I MV*] ab eadem similitudine *K* 12 tempori *F*
K MV] ipsi *I* | ita... 13 adiungitur *F I MV*] *om. per hom. K* 14 fuisse *I K MV*]
om. F 15 perfectiuum *F K M*] perfectum *I V*] perficio *F I K V*] perfectio *M*

ORDINEM SIGNIFICAT SIVE LOCI etc. ‘POST MONTEM’, hic ‘post’ ordinem loci significat.

- XIV.27 (38.28) ‘CIS’ etiam COMPONITVR ET SEPARATVR. Componitur ut ‘CISALPINA’.
- XIV.27 (38.29) POSSVMVS TAMEN. Licet ‘cis’ MAGIS LOCALEM habeat SIGNIFICATIONEM, TAMEN POSSVMVS PER TRANSLATIONEM propriae significationis VTI EA praepositione ET IN TEMPORE ET IN ALIIS REBVS. In tempore quia tam bene dicimus ‘CIS DIFFINITVM TEMPVS’ | SICVT dicimus ‘VLTRA DIFFINITVM tempus’. Hic soluitur quare ‘magis’ dixerat superius. M105ra 10
- (38.28)
- XIV.28 (39.4) EST TAMEN. Istud ‘tamen’ ad praemissa exempla tantum respicit, ut si dicat, quamuis in praemissis exemplis ‘trans’ neque ‘n’ neque ‘s’ amiserit, EST TAMEN etc. ‘TRANSVEHO’ hic loco $\delta\iota\alpha$ Graecae fungitur, et uidetur locum significare. ‘TRADO’ hic ponitur loco $\pi\alpha\rho\alpha$ et significat quasi locum, personas scilicet quibus aliquid dicitur ‘tradi’. ΠΑΡΑΝ VERO aduerbium apud Graecos SI|GNIFICAT ‘trans’ SEPARATA et tunc iterum significat locum. 15 1206ra
- XIV.28 (39.4) SCIENDVM AVTEM. Postquam singularum praepositionum unisyllabarum significationem tractauit, dat eis quandam 20

Fontes 1 Post montem] Verg. georg. 3, 213

Var. lect. 1 siue *IKMV*] scilicet uim *F* 3 etiam *IKMV*] et *F* 5 cis *FM*] *om. IKV* 6 tamen *FKMV*] inde *I* | possumus...translationem *FKMV*] per t. p. *I* 10 dixerat *IKM*] dixit *F* dixerit *V* 12 praemissis *FMV*] primis *IK* 14 loco... 15 hic *IKMV*] *om. per hom. F* 16 personas scilicet *IKMV*] *tr. F* quibus aliquid *IKMV*] a quibus *F* | dicitur tradi *FIMV*] *tr. K* | uero *FIKV*] non *M* 19 singularum...20 significationem] de ... significatione *F* 20 unisyllabarum *IMV*] uim singularum *F lac. syllabarum K*

communitatem, quae etiam monosyllabis praepositionibus quae ablatiuo seruiunt conuenit.

5 NEC SCRIPTVRA TAMEN. Licet dixerim quia ‘con’ pro XIV.29 (39.15)
 ‘cum’ ponitur in compositione habens eandem significationem,
 tamen possum etiam addere de scriptura, quod NON MVLTVM
 DISCREPAT IN SCRIPTVRA secundum antiquos. ANTIQVI ENIM
 PRO ‘CVM’ ‘COM’ SCRIBEBANT, et ita non erat differentia nisi in
 ‘o’ sola.

10 ET SAEPE TAMEN. Quasi dicat, quamuis dixerim XIV.29 (39.16)
 scripturam secundum antiquos similem esse, tamen etiam
 secundum modernos similis est scriptura, quia ‘n’ et ‘m’ tantam
 habent affinitatem, quoniam ‘m’ saepe SOLET CONVERTI in ‘n’
 sicut ‘N’ IN ‘M’, VT ‘COMMVNIS’ et ‘IMPERATOR’. In his ‘n’ in
 ‘m’ conuertitur, quia componitur ex ‘con’ et ‘munio, munis’, et
 15 ‘in’ et ‘paro, -ras’.

 PRAEPOSTERE TAMEN. Supradictam exceptionem XIV.29 (39.17)
 compositionis taminat. Aliis uero non uidetur ‘cum’ praepositio

LP&T 16 Supradictam...38,2 etc] cfr Petr. Helias p. 740.40 : Illud quoque dicit quod ‘cum’ prepostere componitur secundum quosdam cum ablatiis pronominum ut ‘mecum’ sed melius est ut enclitice et prepostere per appositionem in talibus dicatur esse

Var. lect. 1 communitatem *F I KV*] contrarietatem *M* | etiam *I KMV*] et *F 3* dixerim *I KMV*] diximus *F* | con...4 cum *F*] cum prepositio con *I* cum ... con *KM* pro cum *V 4* habens...significationem *I KMV*] e. s. h. *F 5* quod *F I KV*] quia *M 6* in...antiquos *I KMV*] sec. a. i. s. *F 7* pro...com *I KV*] pro com *F* cum pro com *M* | in...8 o *F I*] una *KMV 9* quasi dicat *I KMV*] desiderat *F 10* scripturam *F I*] om. *KMV* | similem esse *I KMV*] tr. *F* | etiam *I MV*] om. *F K 11* n...m *F I K*] enim *M tr. V 12* habent affinitatem] tr. *V* quoniam m *F I M*] quod m *K* quoniam *V 13* et *I KMV*] om. *F* | n² *I KMV*] \n/ enim *F 15* in...-ras *MV*] in paro ras *F I* in pero ras *K 17* compositionis taminat *F*] componit et annumerat *corr. I* componi t. *KM* con. taminat *V*

cum illo ablatiuo pronominum composita esse sed POSTPOSITA, et VIDETVR ideo enclitica etc.

- XIV.30 (39.21) 'CLAM' ENIM. Hoc apponit quia uellet aliquis excipi
(39.11) 'clam' a superiori regula quae dicebat, SCIENDVM QVOD OMNES
MONOSYLLABAE PRAEPOSITIONES etc., sicut et 'cum' excipi. Ad 5
hoc iste, 'CLAM' ENIM etc.
- XIV.30 (39.27) NIHIL MIRVM TAMEN. Diceret aliquis, licet suum
(39.28) aequipollens apud Graecos sit aduerbium, non tamen concedo
'clam' esse aduerbium, quia casui praeponitur. Cui iste, NIHIL
TAMEN MIRVM etc. APVD NOS dicit, quia ipse | et alii V85va
perspicaciores Latinorum grammatici in hoc Graecis
consentiebant, quoniam uolebant aduerbia, etiam quando
casibus coniungerentur, remanere aduerbia, si in illa
coniunctione significationem suam retinerent, id est si
significationes suas non accomodarent ad sensus illarum 15
dictio|num quibus iungerentur, quod facere suum est
praepositionis. I206rb
- XIV.31 (40.1) QVORVM localium aduerbiorum PLERAQVE, scilicet illa
quae casibus seruiunt, NOSTRI minus perspicaces
PRAEPOSITIONES ESSE DIXERVNT, hoc solo contenti quia 20
uidebatur eas seruire casibus, sed male dixerunt quia SCIENDVM

Var. lect. 1 ablatiuo *F IMV*] *lac. K* | composita esse *IKMV*] *tr: F*
postposita *F KMV*] praeposita *I 2* et *IKMV*] *om. F 3* hoc apponit *IKMV*]
hic apponitur *F | excipi F KMV*] *om. I 5* monosyllabae praepositiones *I*
KMV] *tr: F | sicut F IKV*] nunc *M | ante ad...6 iste] ad hoc enim add. I*
7 tamen *F KM*] *om. I tantum V | licet suum IKMV*] *sui F 8* apud...sit *I*
KMV] s. a. g. *F 10* ipse *F V*] iste *I* et ipse *KM 11* perspicaciores *F KMV*]
perspicaces *I | hoc IKMV*] *his F 12* quoniam *F KMV*] quomodo *I*
13 coniungerentur *F KM*] coniungentur *I* coniunguntur *V 14* coniunctione *F*
IMV] *om. K | si KMV*] *om. FI 18* scilicet *IKM*] sicut *F om. V 20* quia *FI*
KV] quod *M 21* uidebatur *IKMV*] uidebant *F*

etc. IN VTROQVE dicit, quando CVM CASIBVS ET SINE CASIBVS (40.2) | (40.2)
proferuntur.

PRAEPOSITIONES VERO. Sic iunge. Aduerbia in utroque XIV.31 (40.4)
suam seruant significationem, PRAEPOSITIONES VERO SVAM, id
5 est praepositionalem, SERVANTES SIGNIFICATIONEM SEMPER
CASIBVS ADIVNGVNTVR, quod est dicere, si casibus non
iungantur, suam significationem non seruant. Per se enim nihil
certum significant, VT 'PER' QVANDO CASVI iungitur suam
praepositionis significationem seruat. Nam DIA Graecam
10 SIGNIFICAT, QVANDO AVTEM 'per' casui non iungitur, scilicet
quando ADVERBIVM EST, MVTAT SIGNIFICATIONEM
praepositionis ET PRO 'VALDE' ACCIPITVR.

BISSYLLABAE SVNT. Post monosyllabas de dissyllabis XIV.31 (40.8)
K69vb naturali | ordine tractat.

ADIVNGITVR TAMEN ETIAM PERSONIS, id est quasi locum XIV.32 (40.13)
15 significat, QVANDO ΠΑΡΑ LOCVM APVD ILLOS DEMONSTRAT
Graecos. EA PRAEPOSITIO, id est 'apud', IN COMPOSITIONE NON
INVENTITVR.

'ANTEEO'. In hac compositione 'ante' praepositionem XIV.32 (40.17)
20 localem significat. 'Ante annum', hic est temporalis, non tamen
quod ex se tempus significet, sed quia sequens dictio cui

Var. lect. 4 suam² *IKMV*] *om. F* | id...5 est *FIKV*] *om. M* 6 casibus²...7
iungantur *FI V*] c. n. adiungantur *K* n. coniungantur c. *M* 7 nihil...8 certum
F MV] *tr. IK* 8 significant *MV*] significat *FI* consignificant *K*
9 praepositionis...seruat *IKV*] sign. p. seruat *F* seruat p. sign. *M* | graecam *F*
KMV] graecum *I* 13 bissyllabae *IKMV*] dissillabe *F* 15 tamen *FIKM*] *I*
tantum *V* 16 significat *F KMV*] significant *I* | locum...17 graecos *IKMV*] a.
i. g. l. d. *F* 17 apud *IKMV*] *om. F* 19 anteeo *FIK*] anteea *M* ante *V*
compositione *IKV*] oratione *F* praepositione *M* | praepositionem...20
significat *KMV*] *πρὸ* l. s. *F* preponit l. significationem *I* 20 ante...21
significet *F I*] *om. per hom. KMV* 21 tempus *IKMV*] *om. F*

significationem suam accommodat, id est ‘annum’, tempus designat. Si enim ‘ante’ cum casu, sicut et sine casu, ex ui sua tempus significaret, sine dubio aduerbium esset, cum in utroque eandem significationem haberet, sicut ‘contra’ et cum casu aliquando et sine casu semper ex se contrarietatem | significat. Vt si dicam ‘contra auctoritatem’, ‘contra’ in hac oratione non ex sequenti dictione, sed ex ui | sua contrarietatem designat, etiam in hac oratione suam retinens significationem aequae aduerbium iudicatur acsi absque casu proferatur. Sed cum dico ‘ante annum’, hic ‘ante’ praepositio nihil ex se certum significat, sed significationem suam sequenti accommodat dictioni, id est idem quod sequens dictio significat, quod facere suum est praepositionis. INVENTVR ETIAM ‘ante’ SINE CASV, et tunc ex ui sua tempus significat.

M105rb

I206va

10

XIV.32 (40.23)

‘Antiquariivs’ dicitur qui res ex nimia antiquitate ignotas in promptu habet.

15

XIV.33 (40.26)

